Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

bis mala in extremo tempore. quando fecerunt
malum in conspectu dni. ut irriteris eum
potentia manuum uarum. Locutus est dominus mo
yses audiente uniuerso cetu filiorum is
rahel uerba carminis huius. et adfinem
usque compleuit. TR. Adtende celum. ant. 8 ~~inst. papae~~

Deus qui nobis per prophetarum ora
precepisti temporalia relinquere atque
aeterna festinare. da famulis tuis
ut que ore uissa cognouerunt celesti
inspiratione implere ualeamus. Per e.

ant. 8 Quinque mice

Apprehendent septem mulieres. Ra
tionem panis habebunt. et cetera que hic sunt.

TR. ~~Benedicamus domino.~~ OR. Deus qui nos
ad celebrandam festiuitatem utriusque
testamenti paginis instruis da no
bis intelligere misericordiam tuam. ut ex
perceptione presentium muneris. firma
sit expectatio futurorum. Per dnm. L.

Audi israel mandata uite. aures
bis percipe ut scias prudentiam
O israel. quid est quod in terra in
imicorum es. Inueterasti in terra alie
na coinquinatus es cum mortuis. de
putatus es cum his qui in inferno sunt.
Dereliquisti fontem sapientie. Nam
si in uia dei ambulasses. habitasses
utique in pace sempiterna. Disce ubi
sit sapientia ubi sit uirtus ubi
sit prudentia. ut scias simul ubi
sit longitudo uite et uiuentis. ubi sit
lumen oculorum et pax. Quis inuen
locum eius. et quis introiuit in
thesauros eius. Vbi sunt principes
gentium et qui dominantur super bes
tias que sunt in terra. Qui in aui
cum ludunt qui argentum thesauri
zant. et aurum in quo confidunt
homines. et non est finis possessionis eorum
qui argentum fabricant. et solliciti sunt
nec est inuentio operum illorum. et tam
eraminati sunt. et adinferos descende
runt. et alii in locum illorum surrexerunt.
Iuuenes uiderunt lumen. et habitauerunt
super terram. uiam autem disciplinae
nesciuerunt. neque intellexerunt semitas
eius. neque suscepiunt eam filii eorum
a facie illorum longe facta est. Non est
audita in chanaan. neque uisa est
in theman. Filii quoque agar qui ex
quisierunt prudentiam que de terra
est. negociatores terre et theman.
et fabellatores. et exquisitores prudentie
et intelligentie. uiam autem
sapientie nesciuerunt. neque meminerunt
semitarum eius. O israel quam
magna domus dei. et ingens locus
possessionis eius. Magnus et non
habet finem. excelsus
et inmensus. Ibi fuerunt gigan
tes nominati. illi qui ab initio fuerunt
statura magna. scientes bellum
Non hos elegit dominus neque uiam
disciplinae inuenerunt. propterea pe
ierunt. Et quoniam non habuerunt sapi
entiam. interierunt propter suam in